Constet per presentes quod discretus vir diocesis fecit constituit ordinavit suos veros et legitimos procuratores actores factores et nuncios speciales discretos viros absentes tamquam presentes et quemlibet eorum in solidum etc. ad prosequendum gratiam per dandum dominum papam sibi factam ad collationem decani et capituli diocesis cuiusdam de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura vacante vel vacaturo in genere forma pauperum sibi factam necnon ad presentandum litteras apostolicas super eadem gratia a sede apostolica sibi concessas. dominis executoribus in eisdem pretactis seu eorum deputatis ipsos quod petendum et requirendum ut ad executionem dicte gratie procedant seu alium vel alios procedant iuxta formam et tenorem litterarum predictarum atque procuratores idoneos et alias prout fuit vobis de conversatione honesta vitaque laudabili et aliis circumstanciis ipsius. de quibus impetrans litteras presentes fuerint et processus conscribendos et sanas faciendum necnon etiam processus predictos per dictos executores aut subdelegatos ab ipsis super executione predicte gratie faciendum. quas litteras predictas et scripturas quaslibet ad huiusmodi negocium quomodolibet contingentes prefatis decano et capitulo et aliis quorum interest vel poterit quolibet interesse communiter vel divisim notificandum insinuandum beneficium ecclesiasticum sibi vigore gratie supradicte debitum cum vacaverit acceptandum cum possessione debitum et consimiliter si sibi debeatur quod sibi aliud ius salvum maneat in aliud beneficium acceptare sibique petendum et obtinendum de huiusmodi beneficio providendum et si ut eorum alterum in eorum locum possit ut quandam dicti beneficii iurium et pertinenciarum eiusdem induci faciendum possessionem huiusmodi beneficii nanciscendum apprehendendum et tenendum fructus redditus et proventus eiusdem beneficii petendum exigendum et percipiendum vendendum locandum et ad firmam dandum et de hiis que perceperit quitanciam et finem dandum pactum de non petendo faciendum. beneficium gubernandum et regendum ac quolibet iuramentum licitum ac quod ratione huiusmodi beneficii de consuetudine tenebitur vel de iure in animam suam prestandum appetendum et quibuslibet eorum occasione si necesse fuerit et a quolibet alio gravamine appellandum appellationem prosequendum apostolos seu apostolos insinuandum et prosequendum alium vel alios loco suo vel alterius ipsorum substituendum ipsum quod vel eos revocandum et omnes procuratores huiusmodi iterum vel eorum alterum reassumendum si prout quando et quociens ipsis vel eorum alteri videbitur expedire et generaliter omnia et singula faciendum gerendum exercendum que veri et legitimi procuratores facere possunt et debent per quod predicta gratia et executionem negocii in omnibus et per omnia sunt et debent sortiri effectum quod si necesse fuerit huiusmodi causa tamen apostolice quod negocii principalis ad ronem ... de voluntate quacumque mandatum exigat speciale promisit in subscriptis notario stipulanti et recipienti vice ac nomine omnium quorum est ut interest se ratum gratum habiturum perpetuo quidquid per predictos procuratores et eorum quemlibet aut substitutum vel substitutos ab ipsis vel eorum quolibet. Actum factum gestum seu procuratum fuit in premissis et quolibet eorum dictos suos procuratores et eorum quemlibet ac substitutum et substitutos ab ipsis et eorum quolibet ab omni satisdationis onere relevare sub bonorum suorum omnium presentium et futurorum obligatione et ypotheca meque instanter requisivit quod sibi super premissis omnibus et singulis unum vel plura si opus fuerit in meliori qua fieri potest forma publicum faciam instrumentum procuratorium ad recipiendum collationem et investituram alicuius beneficii ac etiam ordinarii

Constet per presentes quod discretus vir diocesis fecit constituit et prout melius potest ordinavit suos veros et legitimos procuratores actores factores et nuncios speciales discretos viros dominos clericos quemlibet eorum in solidum etc. ad

Summa diffinitiva in possessorio

Xpi nomine invocato solum deum pre oculis habentes de dictorum assessorum nostrorum consilio et assensu in hiis scriptis per hanc nostram diffinitivam sententiam pronunciamus decernimus et declaramus prefatum .. J. et eius procuratorem ipsius nomine fuisse et esse absolvendum et ipsum absolvimus in possessorio et ab impetitione ipsius petri ipsumque petrum in expensis in huiusmodi possessorio ad causam nobis licite factis condempnamus quarum expensarum taxacionem nobis imposterum reservamus.

Ad comparendum pro eo et eius nomine in presentacionem collacionem seu provisionem cuiuscumque beneficii ecclesiastici cum cura vel sine cura sibi a quocumque patrono vel collatore ordinario seu delegato vel delegato seu commissario vel quocumque super premissis potestatem habente faciendam necnon presentacionem collacionem provisionem et in ... huiusmodi beneficii cuiuscumque collatam possessionem cum suis iuribus et pertinentiis universis petendum recipiendum manutenendum acquirendum apprehendendum et retinendum ipsiusque seu ipsorum redditus fructus et proventus iura et obvenciones colligendum petendum recipiendum exigendum levandum locandum arrendandum et ad firmam dandum necnon sui nomine si necesse fuerit ad agendum et defendendum ac alia generalia usque in finem.

Coram vobis etc dicit et in iure proponit B. Rector parochialis ecclesie de .. Lincolniensis diocesis pro se et ecclesia sua predicta contra fratrem H. priorem prioratus de .. ordinis sancti Benedicti .. diocesis et totum eiusdem loci conventum et omnes quorum interest vel interesse poterit communiter vel divisim et quamlibet personam pro se vel eorum aliquo in iudicio legitime intrantem quod licet dicta ecclesia fuisset et sit dotata ecclesia de .. diocesis cum suis omnibus iuribus et pertinentiis universis predictus post huiusmodi provisionem et collationem inductus ea occasione in eadem sibi ... per plures annos tenuit et possedit pacifice et quiete fructus redditus et proventus eiusdem integre percepit fuisseque et sint dicta ecclesia de .. necnon eius rectores et predecessores dicti B. et dictus B. liberi et immunes ab omni obligatione et prestatione cuiuscumque prestacionis porcionis sive annue pensionis ... ecclesie de .. seu per eandem ecclesiam faciendam et persolvendam religiosis viris priori conventui prioratus seu monasterii de .. predictis aut alicui eorum a tempore et per tempus cuius contrarii memoria hominum non existit et in pacifica possessione seu quasi huiusmodi libertatis et iuris immunitatis palam publice et notorie temporibus et per tempora predicta ex omnem iuris seu quasi pacifice et indisturbate quousque pensionis prestacionis supradicte et predicti prior et conventus et uterque ipsorum fuerunt eisdem temporibus et per eadem tempora predicta ex omnem iuris seu quasi pacifice et indisturbate quousque pensionis prestacionis vel porcionis a dicta ecclesia et rectoribus predictis nomine ecclesie predicte seu infra parochiam eiusdem vel alibi tamen prior et conventus prioratus de .. predicti falso confingunt et predicant quamdam annuam pensionem seu ... et percipere debere ab ecclesia de .. et rectoribus predictis dictumque B. super petenda predicta pensione coram foro ... seu iudicium publicum coram ... iudice competenti locorum episcopo et foro ecclesiastico ... et ... et sit et alias quamdam B. per premissa et in premissis vexavit et vexant et affligunt laboribus et expensis et in iure et possessione seu quasi immunitatis et libertatis predictis ecclesie seu sue predicte iuribus suis pertinentiis eiusdem impediunt

molestant et turbant et per alios huiusmodi molestari turbari inquietari et iniurias fieri fecerunt dictos B. et conventum sue
predicte privavit et facit iniuste et contra canonicas sanctiones in dicti B. et conventus sue predicte preiudicium
non modicum et gravamen. Quare petit dictus B. quo B. nomine pro B. diffiniri et declarari dictam ecclesiam de ..
et ipsum priorem eiusdem conventus nomine esse liberos et immunes a dicta et omnia alia obligacione
et prestacione cuiuscumque prestacionis census porcionis seu pensionis faciendo vel persolvendo Religiosis
viris priori et conventui de .. predictis dictis priori et conventui de .. et omnibus aliis eidem B. et conventui
predicte in premissis iniuste opponentibus et opposituris et impedientibus predictis sibi super de dicta pensione per
censu prestacione vel censu et quacumque alia vel alio perpetuum imponi silencium ulterius fieri
et de premissis que canonicas tetigerint institucionibus cum vestrum officium implorando premissa petit coniunctim
divisim et petit omni iure modo et forma quibus melius dictus B. nomine suo et conventus sue ut supra
cum expensis dampnis et interesse preceptis et protestatur defuturis et quod iuris beneficium suo omnibus sibi
salvum | li. Contra gravamina per executorem per executor licet iniuste

Coram vobis etc. propono ego C. de .. contra H. qui se asserit clericum Magun. dioc. et persona
qualibet inferiori legitime procedentium et dico quod licet ego non fuerim nec essem vel sim excommunicatus
sententia innodatus vel aliquo tenerem vel fecerim delinquendo contra mandatum et processus per vos
asserentem se executorem quarumdam litterarum dimissitarum p. p. predicto ut dicitur latarum
super canonicatu et prebenda ecclesie Spiren. admissam predicta Jo. ut dicitur factas et facta vel aliquid impeditu
prestitissem vel prestacionem ducte vel inducte Jo. executoris mandatis et processibus predictis Tamen
vo. processus executor predictus de anno M° ccc lxx de mense marcii eiusdem anni me
existente in Rom. cur. et non vocato et inaudito et indefenso de facto contra me processit et
processus fecit et declaravit et publicavit me in maiorem excommunicacionis sententiam incidisse et me fecit
excommunicatum publice nunciari et in ecclesia Spiren. et in diversis aliis locis civitatis et dioc. Spiren. et
provincie Maguntinen. cum tamen nullam in me haberet vel habeat iurisdictionem vel ordinariam
vel delegatam quod quidem Jo. predictus dictam declaracionem et alia predicta fieri procuravit et fecit et de inde
me contra deum et iusticiam diffamavit et diffamari fecit et procuravit. Item propono et dico quod decanus
canonici capitulum ecclesie sancte S. predicte ac C. postmodum occasione predictorum dixerunt et opposuerunt contra
me quod inde fuerant et erant excitati et propterea se michi et contra opposuerunt in et super canonicatu et prebenda
dicte ecclesie sancte S. ad me pertinentem ac impedierunt me in assecucione canonicatus et prebende ecclesie sancte S.
predicte ad me spectantem et litem super eisdem canonicatu et prebenda michi fecerunt ita quod propter impedimenta predicta
me oportuit et compulsus fui dimittere statum meum quem habui in studio Montispessulani ubi studere
debebam ac studere et continuare proposueram et intendebam ac ipsum studium dimittere et ad Romanam
curiam venire pro defensione et prosecucione dicte litis sine causa et iuris mei. Item dico et propono quod ex
premissis et propterea fui et sum summoperemodum dampnificatus et lesus et quod dampna et lesiones huiusmodi et que et
quas propterea sustinui et incurri capiunt et ascendunt ad florenos c c c cum procul voluissem
et vellem ac amisisse quam predicta incurrisse et sustinuisse. Item dico quod predicta michi contigerunt
et evenerunt ex facto et procuracione dicti Jo. eadem quoniam me fieri procuravit et fecit sciens et dolo.

ac maliciose et in meum grande preiudicium et gravamen eiusdem ac pro eo per eos dominum auditorem et me non fuisse nec esse aliqua excommunicationis sententia et processum et predictam sententia ligatum nec innodatum et predictam declarari et processus ac me per eos sic que apparent fuisse et esse in talibus et in effectu cares nullos irritos et inanes et pro eis aut[illegible] cassari et irritari [illegible] de quantum de facto processerit et predicta ac me prescriptam predictam [illegible] fuisse et esse temeraria et in iustis predictis [illegible] impedictis ecce [illegible] dampnum et interesse predictorum condempnari facere et condempnari modeste monendis [illegible] salua et predicta omnia et singula premisso pro eo [illegible] coniunctim et divisim et omni [illegible] iuris modo et forma quibus melius possum [illegible] officium implorando cum dampnis et interesse ac expensis huiusmodi factis et faciendis salvo michi iure addendi in [illegible] declarandi plurius ac altius peticionis faciende

Prima questio

Coram vobis etc proponit procurator procuratorio nomine [illegible] prioris etc quod [illegible] etc et dicit quod licet prefato domino .. B. fuit et sit [illegible] de [illegible] et [illegible] ac plurium et oblagiis quas et que predictam b. me. dominus [illegible] ecclesia obtinebat et quod adipisci quoquomodo [illegible] tabat cum omnibus iuribus et pertinenciis eorundem percepcionis ap. dicti domini b. [illegible] executore [illegible] [illegible] deputacionem quod [illegible] suspectos [illegible] fuit et [illegible] processus [illegible] excommunicationis [illegible] et [illegible] penas [illegible] et ac [illegible] [illegible] fecit et [illegible] fuisset et [illegible] temere [illegible] publice et [illegible] quorum [illegible] et processu predictorum [illegible] [illegible] oblagiorum [illegible] eidem domino [illegible] debitorum et [illegible] de oblagiis [illegible] sibi seu procuratori suo [illegible] eos assignare seu assignasse debuisset et debeat ac de ipsis oblagiis eidem domino seu procuratori suo integraliter et cum effectu [illegible] sibi debitis [illegible] reddere seu [illegible] ac [illegible] ab aliis quantum [illegible] et est sibi [illegible] dictus [illegible] .. [illegible] et [illegible] predictis non [illegible] [illegible] oblagiorum domino [illegible] debitis eidem [illegible] et [illegible] de oblagiis que habent [illegible] post mortem [illegible] et [illegible] occupavit et aliquamdiu tenuerit et [illegible] occupat [illegible] eidem domino seu procuratori suo assignare et de ipsis sibi [illegible] et cum effectu denegat et recusat ac [illegible] seu procuratori suo [illegible] et [illegible] oblagiorum [illegible] et [illegible] et [illegible] ac fecerit et faciat quominus predictus dominus [illegible] sibi debitas [illegible] predictorum oblagiorum [illegible] et possit recipere et [illegible] integraliter et cum effectu in debite [illegible] et [illegible] aliqua iusta seu racionabili causa quamvis super hoc [illegible] dicti domini cardinalis fuit et sint et [illegible] debitis et [illegible] requisiti et [illegible] domini cardinalis et [illegible]

suorum Archidiaconi canonici et presbiteri magnum preiudicium et gravamen propterea quod ipsi dicti prepositus et decanus
fructus et proventus predictos invaserunt. Quare petit pars predicta per vos et c. et predictas
occupaciones et molestaciones ac impedimenta predicta fuisse et esse temerarias et iniustas ac temeraria et iniusta
et esse eosdem compelli cogi et capitulum predictos prepositum et decanum ad dimittendum relaxandum et assignandum domino ..
cardinali seu parti suo procuratori et eius nomine porciones eundem contingentes et sibi debitas de oblagiis
supradictis et ad solvendum et communicandum eidem oblagia supradicta et alia que decetero vacabunt
in ecclesia predicta et in duobus milibus florenorum de florentia pro oblagiis seu porcionibus oblagiorum
prefato domino .. debitorum racione. Item Ludovicus (?) canonicus et presbiter predictorum qui vero heres (?) perceptorum et
vectorum (?) per prepositum decanum canonicos et capitulum et dampnorum datorum post de predictorum occasione et
in expensis aliis dampnis et interesse et eosdem prepositum decanum et capitulum incurrisse penas
atque penas in predictis processibus contentas et nichilominus et super occupacionibus impedimentis et molestiis predictis preposito
decano et canonicis et capitulo perpetuum imponi silencium et alias sibi iusticiam fieri de premissis et predicta pro-
ponit et petit dictus procurator predicto nomine coniunctim et divisim et alias omni iure modo via et forma quibus
melius potuit et debuit et c. in et super premissis officium implorando salvo iure in aliis ad-
dendi corrigendi declarandi minuendi et c.

[C]oram vobis et c. proponit procurator et procuratorio nomine discreti viri domini Jo. de .. h. c. .. diocesis clericum
et h. quacumque persona meliori in iudicio existente quod eodem requirente et alias omni meliori
modo iure quo potest et ad omnem effectum qui ad infrascripta sequi potest seu debebit de iure dicto
et in iure proponit quod cum in causa inter dictum Jo. ex parte una et Hen. [illegible] super canonicatu et prebenda Spyr-
ensis ecclesie de quibus auctoritate apostolica dicto Jo. provisum existit et eorum occasione olim vertente due
sentencie diffinitive pro parte eiusdem Jo. in palacio apostolico late fuerunt que in rem transierunt iudicatam
cumque prefatus Jo. super execucione sentenciarum huiusmodi executores obtinuit a sede apostolica deputari
et inter alias cum ista clausula quatenus vos vel duo aut [scola] unus vestrum et c. Hen. viri scolastici
ecclesie [executor ut dicitur] .. et quia Hen. vir .. dictus tunc scolasticus ecclesie executor ut dicitur
deputatus vigore commissionis in ea parte sibi facte auctoritate apostolica processus executoriales
et censuras ecclesiasticas fecerit (?) generaliter super execucione prefata et contra dictos dominos episcopum ..
et nominibus propriis ac eciam expressis et c. predictum eciam notarium qui prout fuit et adhuc est
dicti domini episcopi clericus et familiaris et scriba et dictorum processuum Jo. et sentenciarum executoris quominus
sortiri potuissent et possent effectum inter alios unus precipuus impeditor ut est notorie
tunc et nunc procedens fecit et in ecclesia et in aliis locis publicis et ad que tunc sibi placebat ex professo
sollempniter publicavit et in [illegible] notorie est inter missarum sollempnia et cum maior adesset
populi multitudo et adeo quod dictam adversariam predictam dictus c. processuum sentenciarum et censurarum huiusmodi
et aliorum contentorum in eis plenam et indubitatam noticiam potuerit habere et est habuit et c.
de anno domini prefato c. una cum aliis supradictis similis processibus et monicionibus aut monitis (?)

aliis contra impossibiliter ipsius parte seu obedientie non curavit sed renuit aut contempsit et manifeste dicto
executori impedivit iam per duos annos et ultra et adhuc impedit temere et iniuste dicto cuius
impedimenti pretextu et super hoc prefatus scolasticus sufficienter et debite in fructibus processus et summas sup-
dictas adversus dominum C. una cum aliis suis complicibus agravatas aggravavit et aggravatas huiusmodi per
publicavit ipsum quod C. summas publicatas incurrisse et eis ligatum et excommunicatum fore prout erat et est de-
nunciavit mandavit seu plures publicavit et ab infamatione et iniuriis in libello per parte dicti C. et contra
Jo. coram vobis oblato minus veraciter pretensis se penitus abstinebat dicens quod C. summas suspensas iam
per annos duos elapsos et singulis mensibus annorum ipsorum sustinuit et adhuc sustinet et fuit
et est rebellis animo indurato dicens quod summas et earum executiones et quomodo potuit seu potest
et potuit impedivit et impedit per se et alios ut prefertur et temere ac iniuste prefatus Jo. dampni-
ficavit seu dampnum providit seu facit in multo maximo sedis et clavium ecclesie manifestum contemptum
et eiusdem non modicum preiudicium et gravamen et aliorum perniciosum exemplum et nervi ecclesie
discipline ruptura / dicens quod Jo. dampna et iniurias per prefatum C. ei illatas estimat ad
mille florenos auri fini et ponderis de florentiis salvo pluri et quippa dampna et iniurias noluit
sustinuisse pro tanta summa sed eam potius de suo dedisset / quam premissa sustinuisset /
que omnia et singula sunt in curia et dicta notoria publica et famosa / et idcirco petit per vos
dominum auditorem processus et summas per prefatum scolasticum factas et latas predictas fuisse et esse canonicas
iustas et debere ac debuisse sortiri effectum et penam bene fuisse et esse passum dampna
C. ad parendum et obediendum eisdem condempnandum compellendum et condempnandum ac cum effectu compelli
[illegible] dictum Jo. ab impeticione sua in hac causa pariter et in dicto libello sive petita
absolvendum fore et absolvi eundem C. in dicta summa florenorum nomine dampnorum [illegible] esse
dicti Jo. et in expensis eidem solvendis salva vestri iusta taxatione condempnandum et compelli
et ad solutionem complete [illegible] in premissis et circa ea iuste debite fieri seu complere
tum premissa proponit et plurimum se offert [illegible] opus erit et petit vestri domini et meliori
modo quo potest cum expensis et de faciendo de quibus protestatur beneficio [illegible] in omnibus
semper salvo.

Coram vobis et cetera asserit et proponit magister G. de [illegible] et nomine procuratoris in Christo patris
ac domini domini G. divina providentia episcopi [illegible] domini [illegible] de [illegible] domini nunc [illegible]
capituli executorum testamenti bone memorie domini domini B. episcopi [illegible] executoris in solidum et
unius aliorum executorum non [illegible] in solidum cum [illegible] et asserit [illegible] [illegible] executores
possent [illegible] executores [illegible] prosequi contra Jo. [illegible] de [illegible] et quamlibet personam pro eo
in iudicio legitime comparendo seu interveniendo et omnes alios et singulos et quemcumque et domini
qui sua putaverit interesse et dicit quod prefatus dominus episcopus [illegible] tempore [illegible] fuit
ab anno domini et cetera usque ad tempus obitus sui qui obiit anno domini et cetera de mense

novembris continue fuit per procuratores de ordine .. dicte .. dni generalem cum juribus et
pertinenciis suis tenuit possedit et administravit per se aut procuratores et arrendatores suos
pacifice et quiete per procuratorem Jo dictum priorem ac ipsius reddit' et emolumenta ab isto
domino card seu eius tempore arrendavit seu ad firmam recepit infra dictum tempus
mensis alias anno domini xlix et a festo nativitatis scilicet Jo in unum annum revolutum a
festo sancti Petri anni quadragesimi octavi in aliud annum revolutum pro quibus arrendacionibus
predictis mille d. auri ad statutum salvo iure pluris et minoris et quod per duos annos
dictus Jo per se et alios recepit et recollegit fructus et emolumenta provenientes predicti et quod
de precio dictarum arrendacionum scilicet de mille d. auri ad statutum pro quolibet annorum
predictorum ipsi dno card ad plenum satisfacere obmisit temporibus solucionum advenientibus
et adhuc obmittit et contradicit indebite et iniuste et quod litteras auctenticas sigillatas
continentes arrendaciones predictas et obligaciones suas et exhibitas circa eas idem Jo
fraudulenter et maliciose subtraxit dno Jo de .. procuratori predicti dicti dni card et
tempore dicte subtraccionis et adhuc procuratori dictas litteras arrend' et eas sibi petenti
et requirenti restituere recusavit maliciose violenter et iniuste contradixit et adhuc
contradicit indebite et iniuste Quare petit procurator predictus nomine quo supra per vos
dnum eundem procuratorem dominum Jo condempnari et condempnatum compelli ad solvendum et restituendum
sibi nomine quo supra pro quolibet dictorum annorum suorum duos mille d. auri ad statutum
salvo iure pluris et minoris et cum dictis litteris obligacionum arrendacionis
et sigillatas veras et integras sicut erant tempore subtraccionis predicte et hoc petit
et meliori iure et forma quibus potest vestrum officium implorando cum omni
dampno interesse et expensis factis et faciendis Et protestatur quod si appareat
vos constare veras et legitimas nomine Jo aliquas predictas partes solvisse predicti
domini card eidem procuratori aut procuratoribus suis dictas litteras restituere suos aut sicke
asse super quo tunc ... habere intencionem cum ... aliud petere non intendit
sed solum veras restas debitorum ... et quod non se astringit ad omnia
predicta probanda sed ad ea que sibi sufficiant de eisdem et quod possit addere corrigere mutare et alia de novo dare.

Coram vobis etc comparuit procurator .. et ... per dnum ... et personam
... ... et dicit quod licet dudum dictus ... vacare
per obitum domini ... de .. .. dno ... de ...

in animam ipsius domini constituentis si necesse fuerit et expedire seu utilia fuerint vel peciunt circa premissa
necessaria. Et prestandum iuramentum similiter nomine predictorum canonicorum et capituli ac prepositure cuiuscumque parte de observando
statuta et consuetudines ipsius ecclesie solitum iuramentum et petendum exigendum et recipiendum eciam nomine
et pro omnes et singulos fructus redditus et proventus ac iura dictorum canonicorum et capituli ac prepositure et faciendum
de hiis que receperint ipsi procuratores vel eorum nomine ipsius domini etc. et apud fine et quitacionem
et pactum de ulterius non petendo. Dedit eciam insuper potestatem dictus dominus constituens predictis suis
procuratoribus et cuilibet eorum in solidum speciale mandatum constituendi et ordinandi vicarios et officiales
quoscumque in predicta prepositura canonicorum et capituli et generales et speciales, specialibus ad audiendum cognoscendum
et terminandum omnes et singulas causas ad forum ipsius prepositure canonicorum et capituli dicte ecclesie quomodolibet me
spectantibus et ipsas per se aut alios diffiniendum et faciendum et exequendum omnia que preposito de
incumbunt et omnia que ad huiusmodi vicariatus officium quomodolibet pertinere noscuntur. Ut eciam premissa si
necesse fuerit agendum etc. Actum etc. | Procuratorium ad petendum recipiendum fructus canonicorum et capituli
In nomine domini amen. Anno nativitatis etc. In presencia mei notarii etc. constituti providi
m honorabiles et discreti viri h. frater constituit honorabiles et discretos viros a. et b. absentes tamquam presentes et quemlibet
eorum in solidum ita quod non sit melior condicio occupantis suos veros et legitimos procuratores actores factores
ac nuncios speciales, dans et concedens dictus frater procuratoribus aut eorum substituto vel substituendis ab eis plenum
et liberum mandatum et omnimodam potestatem ad petendum exigendum et recipiendum pro et eius nomine
omnes et singulos fructus redditus et proventus et iura omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum suorum que in
talibus ecclesiis .. noscitur obtinere a quibuscumque ecclesiasticis secularibus de personis sibi debitis tam
presentis quam preteriti temporis et futuri in quibuscumque locis existant sive in rebus sive in pecunia numerata
dictorumque fructus etc. et proventus presentes preteritos et futuros vendendum locandum pignorandum obligandum dandum et con-
cedendum et ad firmam seu ad annuam pensionem etc. seu persone vel personis aliis quibuscumque precio
vel eorum conveniendum et ad consenciendum se ipsius nomine illud precium habuisse et recepisse confitendum
eos emptores quietandum et absolvendum finem et quitacionem ac pactum de ulterius non petendo et ad
promittendum quod obligacionem firmam seu vendicionem dictorum fructuum etc. et proventuum omni tempore ratam gratam
et firmam habebit et tenebit et contra eos non veniet nec faciet aliqua racione vel causa de iure
vel de facto sub ypotheca et obligacione omnium bonorum suorum necnon ad promittendum de dampnis expensis
et interesse faciendum. Et ad renunciandum omnibus et singulis excepcionibus iuris et defensionibus pro ipso do-
mino predicta vel aliquid predictorum facientibus et specialiter excepcioni non facte locacionis seu vendicionis dictorum fructuum
et non habiti et non recepti precii necnon ipsos convenientibus condicioni doli mali et in factum accioni seu privilegio
eciam ut supra. Iuri eciam dicenti specialem nisi precesserit generalem renunciacionem non valere et ad iurandum
in animam ipsius .. quod dictos fructus etc. et proventus dictorum predictorum suorum et aliorum beneficiorum suorum non oblig-
avit alicui vel promisit et ad alium seu alios procuratores vel procuratorem loco sui substituendum et generaliter et
specialiter omnia et singula faciendum etc. ratum gratum etc. Et iuravit ad sancta dei ewangelia corporaliter
tacta per prius procuratorium quod quousque dictos procuratores quod ipse .. vel aliquem eorum dicta precia vel
eorum alios receperit seu receperit eciam .. vel alter eorundem .. quo dum ipsos procuratores receperint de
integre sit plenarie satisfactum et quod dictos fructus et proventus et aliter ipsorum aliquis alicui seu aliquibus
personis vel alii non concedit nec locabit nec pignoribus obligabit. Actum etc.

Procuratorium ad contrahendum cambium

11 In nomine domini amen. Universis presentes litteras inspecturis Nos Petrus(?) dei gracia episcopus Cracoviensis
salutem in domino. Universitati vestre tenore presencium innotescat quod nos confisi de fide et de legali-
tate discreti viri H. de tali loco tal. dioc. facimus constituimus et ordinamus nostro et ecclesie nostre
nomine nostrum et ecclesie nostre verum et legitimum procuratorem actorem factorem et nuncium specialem dantes
et concedentes eidem plenam nostro tenore et auctoritate presencium plenam et liberam facultatem et speciale mandatum
nomine nostro et ecclesie nostre cambium contrahendi et recipiendi cum quacumque vel quibuscumque persona
vel personis tam in Romana curia quam extra usque ad summam trecentorum florenorum auri promittendi
quoque dictam pecunie summam integre solvendam loco et locis atque termino de quibus creditoribus videbitur
ordinandum promittendi et conveniendi et obligandi eciam eisdem creditoribus et nos et successores nostros
ad integre restitucionem et solucionem omnia et singula dampna expensas et interesse litis et extra que et
quas dicti creditores in iudicio et extra ad defectum dicte solucionis et restitucionis aut eorum occasione
fecisse aut incurrisse dixerint solo verbo sine sacramento probacione aut iudicis taxacione. Si nos aut
successores nostri in loco et termino quibus antedictis creditoribus videbitur ordinandum deficere contingeret in
solucione et restitucione pecunie supradicte obligando propterea nos et successores nostros fructus episcopa-
tus nostri ac eorum ecclesiam et omnia nostra et eorum bona mobilia et immobilia presencia et futura
ecclesiastica et mundana renunciando autem super omnibus hiis et singulis pro nobis exceptioni non
numerate non solute non recepte pecunie doli mali in factum actioni condicioni sine causa et
de in ypa(?) ... usque iuri dicenti generalem renunciacionem non valere et omnibus aliis
exceptionibus iuribus et defensionibus per quas seu que contra creditores eosdem nos et successores nostri
possemus in posterum defendere vel tueri. Insuper iurandi ad sancta dei ewangelia in animam nostram
predictam solucionem suis loco et termino quibus eisdem per creditores videbitur ordinandum confitendi et
recognoscendi huiusmodi debitum coram camerario domini nostri pape et apostolice sedis et domini camerarii sive
eius auditore vel locumtenente et consenciendi expresse quod huiusmodi dominus auditor camerarius
seu eius auditor vel locumtenens tamquam nostri iudices et auditores super hoc specialiter deputati valeant
et consenciendi excommunicacionis suspensionis sentenciam pro nobis et ecclesia nostra et pro nobis necnon per ipsum promulgatam in
nos absentes et ... summarie in hiis scriptis ac omnem aliam condempnacionem et omnes processus
et processus omnes et singulos ferant promulgent et faciant quoscumque quorumcumque et qualitercumque eidem domino
camerario seu eius auditori vel locumtenenti ferre facere et promulgare placuerit et videbitur expedire
donec dictis creditoribus de dicta summa pecunie cum dampnis et expensis et interesse omnibus fuerit
satisfactum et acquiescendi processibus sive et condempnacioni et processibus omnibus supradictis. Promittentes
nos ratum gratum et firmum perpetuo habituros totum et quidquid idem noster procurator in premissis et quolibet
premissorum duxerit faciendum. In cuius rei testimonium nostrum et capituli nostri sigilla presentibus sunt appensa.
Datum etc.

Procuratorium ad compromittendum

In nomine domini amen. Anno nativitatis etc. In presencia mei notarii et testium constituti ple-
banus et discretus vir H. et B. canonici ecclesie Cracoviensis fecerunt constituerunt et ordinaverunt ... et
... tal. dioc. suos veros et legitimos procuratores actores etc. et quemlibet eorum in solidum etc. Ita

Ad compromittendum nomine ipsorum et cuiuslibet eorum in solidum in Reverendum patrem dominum f. episcopum tamquam
tamquam in arbitrum arbitratorem et amicabilem compositorem et bonum virum de omni lite et super omni
lite questione causa seu controversia que in Romana curia seu alibi vertitur seu verti speratur inter ipsos
h. et b. etc. et f. parte ex altera etc. et super certa parrochiali in tali loco et eius occasione et quolibet eorum competenti
et durante super causa vel questione seu lite que super dicta certa et eius occasione pendet et vertitur coram
venerabili viro domino Thoma pagani domini nostri pape capellano et causarum palacii apostolici auditore inter
ipsos seu aliquem vel aliquos eorum coniunctim vel separatim ex parte una et dictum h. parte ex altera
necnon etc. et super quibuscumque emergentibus causa et dependentibus ab eadem et super quibuscumque
expensis factis et habitis quibuscumque per eos vel eorum aliquem premissorum vel earundem occasione necnon super
huiusmodi compromissum faciendum in eundem dominum .. de alto .. et de basso super premissis et de premissis
et quolibet eorundem. Ita quod idem dominus episcopus de plano et plenarie sine strepitu et figura iudicii
presentes vel absentes seu alios iuris ordine vel sollempnitate servata vel non servata seu obmissa in premissis
presentes vel absentibus seu aliis premissorum partibus absentibus vel altera ipsarum presente vel absente vel aliquibus
seu aliquo premissorum partibus vel absentibus vel ipsis vel eorum
exceptionibus exceptis quos huiusmodi tangit negocium partibus vel absentibus vel ipsis vel eorum
aliquo vocatis aut non vocatis diebus quibuscumque feriatis aut non feriatis possit prout sibi in servat
aut non servat forma huiusmodi compromissi super hoc faciendum et ei addendo vel minuendo eam
lite vel questionem aliam super dicta et de pena eiusdem interpretando et quolibet eorum audire examinare diffinire
arbitrando laudando et ordinando transigendo disponendo vel quolibet faciendum prout ipsi domino
episcopo videbitur expedire. Et ad vallandum compromissum huiusmodi per ipsos vel eorum alterum fieri contingit
tam in penam quam alia quacumque pena qua et quibuscumque obligationibus promissionibus et cautelis
necnon ad faciendum super hiis quoscumque contractus et obligationes seu promissiones et alia quelibet que
ad firmitatem predictorum fuerint facienda. Et ad promittendum et conveniendum quod ipsi .. h. et b. et quilibet
eorum acceptabunt recipient et expresse ratificabunt et rata et grata habebunt arbitrium laudum
compositionem ordinationem et quodlibet super premissis et quolibet premissorum. Idem dominus episcopus presentes
vel alium seu alios duxerit faciendum. Et illa que proinde dictum episcopum seu h. contigerit fieri
et ordinata contrafacere parebunt et acquiescent omnino et ad obligandum pro predicta ipsos et quemlibet
et ordinata observaturum parebunt et acquiescent omnino et ad obligandum predicta ipsos et quemlibet
eorum personaliter et in solidum et omnia et singula eorum et omnibus eorum bona mobilia et immobilia
presencia et futura ecclesiastica et mundana. Et iurandum in animam ipsorum et cuiuslibet eorundem quod ipsi
et quilibet eorum omnia et singula que per ipsum dominum episcopum seu alium ut ipse contigerit tam sedem
forma dicti compromissi quam alias fuerint ordinata arbitrata et dicta super premissis vel quolibet
premissorum observabunt rata et grata habebunt et eis acquiescent et que pronunciata in aliquo non de
iure vel iuste etc. vel expresse et parebunt totaliter quod in nullo contrafacient vel venient de iure vel
de facto nec ea violabunt et violabunt dantes in ehiloris eisdem procuratoribus et cuilibet
eorum in solidum plenam et omnimodam potestatem huiusmodi negocium et eius emergentia coram domino
episcopo predicto seu quacumque vel quibuscumque aliis ab eodem domino episcopo ad hoc specialiter deputatis seu dep-
utandis

prosequendum et in eo agendum et defendendum libellum dandum et respondendum et replicandum de calumpnia
et de veritate dicenda in animas ipsorum et cuiuslibet eorum iurandum, prestandum cuiuslibet generis
sacramentum iuxta leges et quascumque excepciones probaciones producendum et renunciandum lite
et cause predictis coram vobis domino episcopo si videbitur faciendum necnon finem petendum renunciacionem
premissa et ex audiendum et emolandum si vobis domino episcopo videbitur expedire. Et generaliter omnia
et singula faciendum que in premissis et circa premissa fuerint necessaria seu eciam oportuna et que
ipsi constituentes [illegible] et eorum quilibet facere possent si personaliter interessent etsi mandatum exigunt
speciale.

Appellacio procuratoris quando episcopus renuit instituere presentatum

In Christi nomine amen. Cum appellacionis remedium adinventum sit ad presidium sic a sacris canonibus
institutum ad [illegible]. Hinc est quod ego G. clericus [illegible] constitutus coram vobis venerabili
in Christo patre domino .. episcopo [illegible] propono et dico quod licet presentacio et disposicio provisio ecclesie sancti [illegible]
in [illegible] pertinuit et pertinere consuevit ab antiquo et a tanto tempore et per tantum tempus
cuius inicii seu contrarii hominum memoria non existit, ibidem degencium non existit, ad regem Polonie
qui fuit pro tempore ut ad patronum verum dominum et heredem soli et in possessione absque requisicione cuiuscumque
persone [illegible] vel [illegible] confirmacione et iure et in premissis domini episcopi .. tamquam ordinarii loci
eiusdem et dominus K. pie memorie suo tempore quo vivebat fuit in possessione seu quasi iuris presentandi
rectores ad dictam ecclesiam sancti Thome .. cum vacabat vel cum vacare contingebat nonnullosque
presentavit ad eandem videlicet A. et B. rectores dicte ecclesie qui omnes et eorum quilibet ad presentacionem [illegible] fuerunt
ibidem instituti et habebantur quilibet pro suo tempore pro veris et legitimis pastoribus et rectoribus ecclesie memorate.
Cumque nuper die V mensis Iunii vacante dicta ecclesia in [illegible] per mortem H. ultimi
rectoris Serenissimus princeps dominus L. rex Ungarie verus patronus et heres dicte ecclesie
me ad eandem ecclesiam et infra tempus quatuor mensium sibi a iure concessum presentavit
me presentavit more solito confirmandum et instituendum necnon instituendum curam in ecclesia
memoratam prout in suis litteris regiis plenius continetur quas hic recepi [illegible] et habere
volo pro insertis [illegible] litteras continetur. Vos tamen [illegible] non habentes nec
valentes prospicere [illegible] aliqua culpa vel inhabilitate imponere me instituere ad dictam ecclesiam
et admittere ad eandem temere recusastis [illegible] dolor a presentacione mea repellentes indebite
et iniuste [illegible] expressis et quosdam premissis me sentiens gravatum [illegible] et timens
a vobis imposterum plus posse gravari a vobis domino .. episcopo et a vestris processibus quibuscumque
factis vel faciendis ad sanctam sedem apostolicam que mater est oppressorum et ad dominum nostrum
papam provoco et appello et apostolos peto primo secundo et tercio si quis est qui michi eos
dare possit seu velit instanter instancius instantissime subiciens me et omnes michi
adherentes seu adherere volentes proteccioni sedis apostolice antedicte. Et notarium peto michi
super hiis omnibus et singulis fieri publicum instrumentum. Actum etc.

Appellacio pro ordinario quando movet apellans ut cedit de possessione

Habens in manu sua quandam appellacionis cedulam tenore inferius scripti, in scriptis proposuit gravamina
appellavit apostolos peciit et protestatus fuit sub hac forma In nomine dei amen Coram vobis
notario publico et testibus hic presentibus dico et propono ego .N. tal. de lich. clericus in episco-
patu quod cum prius est ad quem .. annos et cetera et ulterius collacio prebende eiusdem ecclesie spectant et ad
hunc spectat in dudum .N. tunc presbytero eiusdem ecclesie vacante per dominum capitulum quandam eiusdem prebendam
eiusdem ecclesie .. vacantem olim per mortem quondam .I. eiusdem ecclesie prebendam cum omnibus suis
iuribus et pertinenciis de consilio et vivaciam consensu eiusdem capituli sui contulerit mihi
canonice providerit de eadem et in corporalem possessionem eiusdem realiter induxit et fuerat solempniter debite
et consuete ... huiusmodi prebenda vigore dictarum collacionis et provisionis et induccionis ad
ecclesiam et assensum et admissus per capitulum et canonicos ecclesie predicte .. adeamque annis possederim
pro tempore et ipsa pacifice et quiete | Quidam tamen .h. .. tal. qui se gerit pro canonico eiusdem
ecclesie prout de novo ad mea noticiam sex diebus elapsis pervenit noticiam contra deum et iusticiam
et iuris iniuriam et meum preiudicium et iacturam dicto et tenore me huiusmodi prebenda spoliare
nititur et se intrudi facere per potenciam secularem adeamque et me a possessione ipsius prebende
conatur expellere et me contra iusticiam molestare perturbare pretendit ut ex de novo nondum
sex diebus elapsis ad meam pervenit noticiam quasdam litteras apostolicas et earum executorias
subrepticias tacita veritate et suggesta falsitate impetravit | deinde domino .. episcopo vel
suo capitulo non publicavit nec literas et non insinuavit Timens me senciens ex premissis
et quibus premissis gravatum et gravari posse | et timens verisimiliter imposterum plus posse gravari
et ne predictus .. prebendam eiusdem ecclesie recipiat aut ad eius possessionem admittatur et ne .. ipse
in bonis possessionibus iuribus et fructibus predicte prebende se indebite faciat | aut in ipsa
mediante suspensione et excommunicacione in litteris predictis executoriis | ut presumitur se te quoquomodo
me involuat | vel aliud contra me in aliquo prejudicii faciat ad sedem sedis apostolicam provoco
et appello in hiis scriptis apostolos peto primo secundo et tercio cum debita instancia michi dari peto Subiciens me
personam meam statum meum bona mea familiam meam et omnes michi adherentes seu
adherere volentes nunc et in futurum proteccioni sedis apostolice antedicte | protestor eciam de innovando
hanc meam appellacionem et addendo ad eam de corrigendo et subtrahendo ab ea, et alia vel
alias de novo interponendo | quociens et quociens in iure fuit expediens Et protestor de insinuando
et intimando hanc meam appellacionem quibus seu cui de iure tenetur | cum michi conceditur de copia
et tempus seu tempore personam commode habere possum Et protestor eciam de prosequendo eam infra
tempus a iure statutum Et rogo vos notarium publicum hanc presentem meam appellacionem redigere
in publicam formam et vos omnes et singulos hic astantes meos testes in hoc fore et
protestor prout est moris et moris et stili sacri palacii apostolici curie Super quibus omnibus
et singulis a me notarius

Appellacio a diffinitiva sententia

Non recedendo ab appellacione per me alias interposita viva voce nisi in scriptis recepit invalide
et insufficienter propono .. pro parte procuratorio nomine venerabilis viri domini Wenceslai Sangwini de Przestitz clerici
ad ecclesiam parochialem in Oberzolo Cracoviensis diocesis et dico quod cum questio verteretur inter eundem dominum Wenceslaum de San
cepte vna et Bartholdum de Frankford. de super dicta parochiali ecclesia et ipsius occasione per eosdem
debuisset solempniter agitari et debuisset in ipsa causa processisse et procedi juris ordine servato
et sententiam protulisse pro parte dicti Wenceslai et contra dictum Bartholdum. Vos tamen domine auditor
minus deliberate procedentes in dicta causa ad importunitatem instantiam parte dicti B. simplicem talem qualem
prout vobis placuit pro dicto B. et contra dictum dominum Wenceslaum de facto sentenciastis diffinitivam prout ipsa presentem
et iniquam sententiam sine nomine mereatur haberi quam nunc fieri debuisset de jure aut potuisset
semper veri reverentia semper salua. Exprimo igitur et aliis omnibus et singulis contentis in vestris
processibus actis et actitatis impendendum dicto domino W. ipsius procurator sentiens se gravatum et in posterum
plus posse gravari in hijs scriptis ad sanctam sedem apostolicam provocat et appellat apostolos petens
primo et instanter sibi a vobis dari tradi et assignari etc.

Appellacio contra impetrantem qui beneficium excedit taxam litteris apostolicis prohibitam admittit a..
collacione ordinarius confert alicui beneficium

Coram vobis etc. propono .. pro tali rectore parochialis ecclesie .. clerico talis diocesis .. et dico quod licet dudum
ab antiquissimis temporibus dicta parochialis ecclesia fuisset et esset taxata pro papali decima persolvenda
ad summam xx marcarum .. argenti grossorum pragensium prout registris et libris antiquis clericorum
[illegible] evidenter apparet sicut quod pro decima papali secundum eandem taxam hactenus persolutum
per dictam ecclesiam officialibus camere apostolice collectoribus et officialis camere apostolice pro decima papali consueverit
levare et exigere pro decima .. dicte ecclesie persolvenda dicte camere ad opus dicte curie seu dicte
summe taxate marcarum .. et vigore quarumdam litterarum apostolicarum concessarum tali .. ut dicitur
de aliquo beneficio ecclesiastico ad collacionem provisionem seu quamvis aliam dispositionem .. episcopi
[illegible] cum suis fructibus etc. et proventibus secundum taxam decime ad summam xx marcarum argenti
.. valorem annuo non excedentibus decem et cum seu etc. et proventibus excessit tempore quarumdam impetracionis
dictarum litterarum quarumdam apostolicarum et excedit annui valoris eandem summam marcarum argenti
in dictis quarumdam litteris apostolicis expressatam dicte .. tali vigore dictarum quarumdam gratie apostolice nullum jus
competiisset vel competeret in dicta ecclesia vel ad ipsam nec illa de jure potuisset prout nec potest
acceptare nec de ipsa sibi fecisse vel facere provideri prout ex inspectione litterarum predictarum quarumdam gratie
evidenter apparet. Tamen dictus tal .. dictam ecclesiam parochialem de facto ut dicitur licet indebite et in
iuste acceptavit et obtinuit ut dicitur sibi de facto per quosdam executores dicte gratie pretense
seu eius auctoritate indebite provideri et perturbavit et fecit de facto nonnullos processus fulminari
per eosdem .. quosdam executores censuras ecclesiasticas continentes et suis contentis impedivit et
impedit turbavit et turbat fecit et facit quominus dictus .. tal possit dictam ecclesiam
quiete et pacifice possidere gaudere et eam absque molestia possidere. Sed dictus .. tal

Jactitavit et iactat dixit et dicit dictam ecclesiam non adeptum .. tal. sed adeptum tal. .. contrarie
et premissis contrariare et pertinere quod minime facere debuisset de iure aut potuisset in dicti domini
epi. et tal. .. non modicum dispendium et gravamen et ipsius .. tal. ac preiudicium
expressis. Igitur pars eius acceptans premissa et exinde sentiens et aliis omnibus et singulis
actis et actitatis in dicti dom. .. epi. .. et tal. .. preiudicium contra me dicte partis sue
gravamen et dampnis dicte .. tal. sentiens se gravatum et imposterum plus posse gravari
et ledi suo nomine et nomine volentium sibi adherere in hijs scriptis ad sanctam sedem apostolicam
provocat et appellat et apostolos petens sepius et instanter sibi tradi dari et exhiberi
si quis est qui eos michi dare possit subiciens se et iura sua protectioni defensioni
dicte et tuicioni sedis apostolice antedicte et de et super premissis omnibus et singulis peto
vos notarium ut michi faciatis publicum instrumentum etc. etc.

Replicacio contra articulos quando admittuntur et alie parte replicantur

Proponit .. pars et partis nomine Andree Jacobi de Pagonow et dicit quod in causa que
vertitur coram vobis inter ipsum A. ex parte una et Nicol. Rusticii de et super ecclesia parrochiali
in Obathonetz Cracouiensis diocesis et ipsius occasione fuisset et esset per parte dicti N. adversarii
dati nonnulli pretensi positiones et articuli vagi obscuri inepti et indeterminati insufficientes
impertinentes inadmissibiles inefficaces generales calumpniosi et omnino falsi obiectum probabili
Juris contraria post terminum peremptorium datum ad ponendum et articulandum producti facti sibi ad
invicem repugnantes ... materia preambula et in materia et alias tales qui non relevabant
prout non relevant producere et sic producta parte adverse de non iure ipsius parte ad
esse liquide constare prout constat fuisset et erat quod parte dicti N. contra ipsos pretensos
positiones et articulos nonnullas excepciones pertinentes admissibiles et efficaces quibus obstantibus
dicti pretensi positiones et articuli non fuerunt prout nec sunt admittendi debuisset et prout
debebat dictos pretensos positiones et articulos repulisse et replicasse fuisset et erat in dicta causa per
parte dicti A. dati nonnulli positiones et articuli pertinentes admissibiles et efficaces quibus gravatur
quatinus execucionem huiusmodi iuxta traditam vobis formam efficaciter in ordinetis.

Super eodem in alia forma

Venerabilibus viris B. et R. ecclesie .. canonicis H. eiusdem ecclesie decanus Salutem in domino sempiternam. Cum per
sanctissimum in Christo patrem et dominum nostrum dominum G. divina providencia papam XI. per suas apostolicas litteras nobis et vobis executoribus

mere deputatus durare mandavit providere p. .. de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura ad collationem spectante vel quamvis aliarum dispositionem ven. virorum .. abbatis et conventus mon. .. dioc. .. si quod vacaret ad presens vel dioc. .. cum vacabat vel quamprimum ad id obtulerit se facultas prout in dictis apostolicis litteris plenius videbitur contineri nos quo ad hoc nimio occupati excusantes attente vos rogamus quatenus nos quo ad hoc nullatenus excusantes cum variis aliis occupati quod quo ad executionem dicti mandati apostolici ad presens vacare non possumus in dicto executionis negotio ulterius procedatis juxta formam vobis traditam in eisdem

Instrumentum pro adipiscenda possessione beneficii

In nomine domini amen etc. per presens constitutus p. de .. clericus administrator ut dixit procurator et mandatarius specialis venerabilis in Christo patris B. de .. episcopi .. coram presbitero ante fores parochialis ecclesie .. dioc. .. et presentibus etiam domino B. de .. commissario per dictum dominum episcopum .. ad infrascripta deputato dicto p. dixit et exponit quod nuper die .. mensis .. dictus dominus episcopus eidem p. de .. cum ad hoc absentem ipsam ecclesiam de .. cum suis juribus et pertinentiis contulit et sibi providit de eadem et mandavit eidem p. quod ipse nomine dicti p. .. et pro ipso reciperet et dicto domino p. commissario quesivit ut sibi traderet possessionem corporalem et realem ecclesie juriumque et pertinentiarum ipsius prout de premissis fide collationis mandato et commissionis huiusmodi constare quibusdam patentibus litteris dicti domini episcopi .. sigillo ipsorum sigillatis eidem commissario exhibuit et presentavit predictum B. nomine dicti p. et pro ipso requisivit instanter dictum dominum commissarium quatenus idem dominus commissarius dictum B. nomine dicti p. in possessionem corporalem et realem dicte ecclesie juriumque et pertinentiarum eiusdem induceret et tueretur inductum et dictus dominus commissarius receptis litteris dicti domini episcopi sibi per dictum B. ad supra et infrascripta ut premittitur presentatis exhibitis et ostensis volens ut dicebat tanquam obediens filius mandatum dicti domini episcopi exequi reverenter prefatum B. ad hoc ut premittitur intercipientem nomine dicti p. et pro ipso in possessionem corporalem et realem dicte ecclesie per traditionem hostium et clavium dicte ecclesie et cordarum campanarum et calicis cum patena et vestimentorum sacerdotalium et mapparum altaris et librorum dicte ecclesie induxit ad eandem cum suis juribus et pertinentiis predictis injungens [?] dictus commissarius parochianis dicte ecclesie omnibus et singulis quorum interest quatenus eidem p. de .. tanquam vero rectori eiusdem ecclesie de cetero pareant efficaciter et intendant et de suis redditibus proventibus et obventionibus universis eiusdem ecclesie sibi vel procuratori suo de cetero respondeant et satisfaciant integre quibus omnibus predictis dicto commissario et B. procuratori dicti p. et pro ipso palam et publice factis nemo se opposuit et opponit contradicens quinimo dictus B. procurator dicti p. predictas claves et ceteraque ornamenta dicte ecclesie recepit et retinuit custodienda in signum vere adepte possessionis ecclesie predicte nomine dicti p. de quibus etc.

Sicut [?] ante apostolicarum litterarum

In nomine etc. p. de .. exhibuit ostendit et presentavit ex parte domini nostri pape [?] venerabilibus viris .. decano et capitulo .. etc. quasdam litteras apostolicas in filis sericis more Romane curie [?] cum vera bulla plumbea ipsius domini nostri pape bullatas non viciatas non cancellatas nec in aliqua sui parte suspectas et processum super executione ipsarum litterarum sigillo .. domini .. executoris ipsarum litterarum a domino nostro papa deputati ut prima facie sigillatum super provisione .. B. pauperi clerico facienda de canonicatu sub expectatione prebende dicte ecclesie vacantis pro vacatura quibus litteris sic presentatis et predictos decanum et capitulum visis et auditis idem decanus et capitulum unanimiter et concorditer dictum B. in canonicum et in fratrem receperunt et installaverunt [?] juravit ad sancta dei evangelia statuta et honores ac consuetudines ipsius ecclesie de cetero pro posse suo defendere et servare [?] sibi canonicatu quo ad hoc obstare [?] salvo jure impetrantis etc. ut supra.

Collatio canonicatus et prebende in qua non est distinctio prebendarum

Universis presentibus etc. R. permissione .. Salutem in domino Cum favor devotos moveat dignum [?] ut qui nobis se continue devotionis studio gratos exhibent favorem gratiam prosequamur et gratie specialis ut ipsorum remunerata devotio hilarescat et alii eorum exemplo ad similia merito facti fervencius animentur Sane cum in ecclesia de .. cum cura et administratione nobis in spiritualibus et temporalibus pleno jure apostolica est concessa in qua licet certus canonicorum numerus [?] ulla tamen existat distinctio prebendarum canonicis prout moris per nuper canonicis eiusdem ecclesie vacaverint et vacent ad presens nos attendentes bone fidei et apte devotionis effectum [?]

et accepta servicia quibus nobis dilectus in Christo M. de .. clericus et familiaris noster nobis hactenus complacuit et adhuc com-
placere studet volentes ei gratiam facere specialem Canonicatum et prebendam eiusdem ecclesie sic vacantes nulli alii de iure debitos
cum plenitudine iuris canonici et cum omnibus suis iuribus et pertinenciis universis prout ad nos pertinet duximus conferendos et con-
ferimus per presentes et discretum virum S. de .. procuratorem tuum et tuo nomine investimus de eisdem cum suis iuribus et pertinenciis
predictis decernentes fore et in ecclesia residentes de omnibus proventibus ipsius ecclesie percipere sicut ceteri confratres ipsius ecclesie
canonici in eadem ecclesia residentes integre percipiendum ac irritum et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate
attemptari forsan est hactenus vel contigerit imposterum attemptari. Decano vero Priori et Capitulo ipsius ecclesie prefate
per ad mandatum nostrum in dicta ecclesia canonicum ac fratrem cum possessionem in valentem et corporalem possessionem dictorum canonicatus
et prebende cum suis iuribus et pertinenciis inducentes inducant inducendum etc.

Collacio beneficii et dispensacio super non residendo

Salutem in domino etc. Insultancium in nostris sensibus intuitu obsequiorum tuorum gesta placencia quibus te
nobis placidum exhibes et velud erga nos devocionis intuitum te corde et animo dedicans ad omnia que votis
nostris applaudent palpabiliter inducentem. Porro me pluribus meritis graciarum et accepta servicia que nobis usque
huc impendisti digna beneplacitis providemus memoria recolimus dum et studia tua nobis et ecclesie nostre servi-
ciis augencia supra nostre sensibus per beneplacitis providencia nostra inspicere et revolvimus reddita gracio-
solem igitur te tantum graciam prosequi propter hec gracie specialis quam apud nos meruisse et eciam sancte
nostre dicte cui tamen immineat cleros consueta etc. scolaribus assignamus vacantem per mortem .. nuper et ultimi
rectoris eiusdem ad collacionem nostram pleno iure spectantem et conferimus et etc. assignamus investientes te per nostrum de eadem
cum suis iuribus et pertinenciis universis decernentes et etc. ut supra mandato etc. ut supra et insuper te ampliori
gracia prosequentes ut liceat ad biennium in dicta tua ecclesia residere facere proventus eius nunc teneantur tecum tenore
presencium dispensamus dum tamen biennio huiusmodi durante dicte ecclesie serviatur taliter in divinis quod ipsa
debitis non fraudetur obsequiis et animarum cura in ea nullatenus negligatur nullumque in spiritualibus et temporalibus
paciatur detrimentum Datum etc.

Permutacio cum permutacione

Reverendo in Christo patri ac domino domino R. Episcopo .. R. humilis Abbas Monasterii .. Salutem cum omni reverencia et honore
cum per vestras litteras patentes per P. de .. et F. de .. procuratoribus ecclesiarum nostrarum dictos rectores predicta sua beneficia ex certis
racionabilibus causis admittere permutacionem proponunt quarum ambarum ecclesiarum suas provenient et peticiones ad nos
et domum nostram Monasterium pertinet. Noverit vestra paternitas quod nos permutacioni huiusmodi et resignacioni ipsarum ecclesiarum
consencimus et ad ipsas ecclesias permutacionis causa predicta sic vacantes vel cum vacaverint dictum P. ad ecclesiam de .. et F.
ad aliam scilicet ecclesiam de .. presentamus vestre paternitati canonice presentandos rogantes attencius exorantes quatenus dictas ecclesias
dictis P. et F. huiusmodi causa permutacionis huiusmodi conferre et assignare velitis intuitu pietatis Datum etc.

Commissio ad recipiendum permutacionem

Reverendo in Christo patri ac domino domino H. divina miseracione presenti nostro S. dei gracia Episcopus Salutem in domino et sincere per-
petuam augmentum Cum discreti viri P. et R. rectores provinciales ecclesiarum de .. et de .. predictas suas ecclesias
proponant ad invicem sic ut dicitur permutare Nos ad supplicacionem corundem considerantes causas eos ad permutandum mo-
ventibus quas ipsi vestre paternitati exponent et aliis attentis et hic attendendis permutacionem huiusmodi pre-
buimus assensum Reverendo vestre paternitati committimus per presentes et donamus potestatem permutacionem huiusmodi recipiendi et ad-
mittendi et dictas ecclesias cum fuerint resignate causa permutacionis predicte dictis P. et R. huiusmodi conferendum investiendum
et inducendum et investiri et induci per alios faciendi eosdem P. et R. de eisdem ecclesiis suis iuribus et pertinenciis universis
et omnia alia et singula faciendi que circa hoc fuerint oportuna Datum etc.

Instrumentum resignacionis et permutacionis causa permutacionis

Universis etc. H. de .. divina miseracione presens noster Commissarius quod ad infrascripta a reverendo in Christo patre domino dei gracia Episcopo
specialiter deputatus Salutem in domino Noverit nos litteras venerabilium in Christo patrum dominorum Episcoporum nobis
directas recepisse una cum quibusdam litteris religiosi et religiosi viri Abbatis Monasterii dicti .. quarum litterarum
tenor seriatim et successive sequitur in hec verba Reverendo etc. et alterius etc. Tenor vero dicti domini Episcopi tenor
talis est Quibus quidem litteris per nos receptis visis et diligenter inspectis dicti B. et S. coram nobis personaliter
constituti dixerunt et proposuerunt quod ipsi ad invicem volebant permutare et ideo ipsi B. et S. predictas

ecclesias certas ex permutacionis predicte causa et non alias in manibus nostris vigore commissionis prefatos dominos episcopos nobis ad hoc
factam et de consensu dicti domini N. abbatis patroni dicte ecclesie de .. de quibus commissione et consensu constat per litteras superius insertas
pure et libere resignavit supplicantes resignacionem huiusmodi per nos recipi et admitti nos igitur prefato N. dictas permutationes volentes
huiusmodi corporali iuramento quod super premissis huiusmodi nulla fraus seu dolus aut aliqua illicita pactio
seu conventio vel aliquid aliud quod symoniacam vel aliam sapiat pravitatem intervenit eorum supplicationibus favorabiliter annuentes auctoritate dictorum
dominorum episcoporum et de consensu patroni supradicti de quibus constat per litteras suprascriptas permutacionem et resignacionem huiusmodi
admisimus et dictam ecclesiam de .. dec.. et aliam predictam ecclesiam de .. dec.. ut premittitur resignatam et vacantem
hinc inde contulimus et conferimus propter causam permutacionis predicte et intuitu perpetue prefatis P. et G. de dictis
ecclesiis hinc inde cum suis iuribus et pertinentiis universis per tradicionem cuiusdam cartule quam in nostris manibus
tenebamus investimus et investimus de eisdem cum suis iuribus et pertinentiis. Auditis et nota dictus vir
tal. et corporalibus in solidum committimus et mandamus quatenus ad loca ecclesiarum predictarum accedentes vos G.
et P. de dictis ecclesiis hinc inde investiatis et de ipsis huiusmodi in possessionem corporalem et realem earundem hinc inde
ac iurium et pertinentiarum earundem inducatis adhibitis sollempnitatibus in talibus consuetis et aliis solitis exequantur
que circa hoc fuerint oportuna in quorum omnium etc.

Receptio resignationis et provisio beneficiorum diversorum dioc.

Petrus miseracione divina episcopus dilecto nobis in Christo N. rectori ecclesie .. nostre dioc. et P. .. rectori ecclesie de .. dioc. ..
Salutem in domino. Noveritis nos litteras reverendi patris in Christo patris domini G. episcopi .. recepisse in hec verba etc. Domino
in Christo patri etc. quibus litteris sic per nos receptis vos in nostra presentia constituti prefatas duas ecclesias ex permutacionis
de eis adinvicem faciende causa et non alias in manibus nostris resignastis supplicantes nobis ut dictas ecclesias sic per nos resignatas
et vacantes ex causa permutacionis predicte et intuitu perpetue hinc inde conferre et de eis huiusmodi providere cum suis iuribus et
pertinentiis universis. Nos igitur vestris supplicationibus huiusmodi inclinati prestito in manibus nostris iuramento quod super permutatione
huiusmodi nulla est fraus vel dolus pactio illicita quevis vel aliquid aliud quod symoniacam vel aliam sapiat pravitatem
dictam permutationem admisimus et resignationem dictarum ecclesiarum per vos factas ex causa permutacionis predicte et non alias
admisimus et dictam ecclesiam de .. nostre dioc. cuius collatio ad nos pleno iure pertinet tibi G. auctoritate propria et dictam
ecclesiam de .. dioc. ad collationem prefati domini episcopi spectantem auctoritate dicti domini episcopi predictas suas litteras sibi nobis data
tibi dicto N. contulimus et conferimus propter causam cum suis iuribus et pertinentiis huiusmodi vobis investientes vos hinc
inde personaliter de eisdem per anuli tradicionem cum omnibus iuribus et pertinentiis. Auditis et nota talibus etc.

Commissio conferendi beneficia per episcopo

Bernardus miseracione divina episcopus .. venerabili viro domino tal. salutem in domino. De vestra probitate et circumspecta providentia
quamplurimum confidentes vos et vestrum quemlibet vicarios nostros constituimus in spiritualibus et temporalibus et ordinariis
nostris consueta. Nec vos volentes ut eo liberius et efficatius possitis commissum vobis officium exercere quo
maiori fueritis prerogativa ac iurisdictione communiti ut hiis etc. qui per sincere dilectionis studia se erga nos et ecclesiam
nostram exhibent graciosos per operis effectum gratificari valeatis conferendi personis ydoneis omnia beneficia ecclesiastica
cum cura vel sine cura ad collationem nostram spectantia que in nostris civitate et dioc. vacabunt vel quibus ea dimittere
confirmanda ad ipsa presentandi moris est admitti et recipi faciendi instituendi predictas personas ydoneas ecclesiarum
dictarum nostrarum civitatis et dioc. cum per patronos earum ad ipsas fuerint canonice presentate plenam vobis committimus
potestatem. In quorum etc.

Patronum ad inquirendum de vita et moribus impetrantis

Anno etc. prefato constitutus N. de .. clericus dioc. fecit constituit et ordinavit B. et G. procuratores suos generales
et nuntios speciales et eorum quemlibet in solidum ita quod non sit melior conditio primitus occupantis sed quod unus
eorum inceperit alter prosequi valeat et finire cum effectu ad presentandum pro se et eius nomine reverendo in Christo patri ac
domino G. episcopo executori eidem constituenti dato a domino nostro papa super executione gratie apostolice vel subdelegato
vel subdelegando ab eodem litteras apostolicas sibi concessas super provisione eidem constituenti facienda de aliquo beneficio ecclesiastico
cum cura vel sine cura spectante communiter vel divisim ad collationem presentationem N. abbatis et conventus Mon. Si quod
in civitate vel dioc. tempore date gratie vacabat vel quamprimum vacare contingerit prout in dictis litteris apostolicis
plenius continetur et ad petendum pro ipso constituente et eius nomine ab ipso domino executore vel subdelegato aut subdelegando
ab eodem quod inquireret vel inquiri faciat de vita et conversatione ipsius impetrantis et aliis de quibus fuerit
inquirendum et ipsa inquisitione facta ad petendum ipsum constituentem pronunciari et declarari fore habilem et ydoneum

ad beneficium ecclesiasticum obtinendum iuxta predictarum apostolicarum litterarum continenciam & tenorem prout & ubi ad summa n
dictas apostolicas litteras apprehendendum & ad acceptandum beneficium huiusmodi si nunc vacat vel quamprimum ad id obvenerit se
ectas prout sibi visum fuerit & post acceptacionem huiusmodi ad petendum & requirendum eundem inducendum in possessionem
& realem induci de dicto beneficio & defendi inductum & sibi de fructibus beneficii fructibus reddendis proventibus iuribus & obvencionibus
universis integre respondere possessionem eorundem & valorem huiusmodi recipiendum inventandum notificandum & renunciandum
& si contingeret beneficium beneficium huiusmodi sibi casu aliquomodo debere ad recusandum itemque prius fieri & possessionem
sibi eandem & tradendam retinendum de alio beneficio sibi debito vigore gracie antedicte de fructibus reddendis proventibus & iuribus
proventibus beneficii sibi integre facere respondere & ad omnia alia & singula facienda que prius sunt expressa & ad
requirendum & ab ipso domino executore vel subdelegato ab eodem quod moneat inhibeat & decretum faciat & sentencias
promulget iudicialiter consuetas iudicem domini abbatis si contradicat vel faciat contra predicta aut aliqua
eorundem & in quoscumque alios contradictores & rebelles in premissis & executores processorum & alios quoscumque
processus faciat iudicialiter consuetas & omnia alia & singula faciendum que in premissis & circa premissa necessaria
fuerint vel quomodolibet oportuna dantes & concedentes dictis constituendis dictis procuratoribus suis & cuilibet eorum in solidum plena-
riam potestatem & mandatum speciale predicta omnia & singula faciendum pro premissis si necesse fuerit agendum &c ut supra.

Potestas ad impetrandum litteras & iudices & contradicendum

Nos p. dei gracia Episcopus.. Notum facimus universis presentes litteras inspecturis quod nos de fidelitate & industria dilectorum nostrorum
p. de.. & R. de.. clericorum quamplurimum confidentes ipsos & eorumquemlibet in solidum nostros & ecclesie nostre & officiali
nostrorum veros nostros facimus constituimus & ordinamus in Romana curia & specialiter in audiencia publica litterarum domini
nostri pape nostros veros & legitimos procuratores & nuncios speciales R. & H. absentes tamquam presentes ita quod non sit melior
condicio occupantis sed quod unus eorum inceperit alter prosequi valeat & finem cum effectu ad impetrandum & contradicendum
privilegia litteras & alia R. & alias litteras quascumque tam simplices quam legendas graciam vel iusticiam
continentes necnon loca & iudices eligendum & de eis conveniendum & suspectos recusandum & clericos et
clerica variandum alium vel alios procuratores loco sui substituendum qui eandem & consimilem in premissis habeat vel
habeant potestatem & eum vel eos revocandum tociens quociens eis vel eorum alteri visum fuerit expedire & pro-
curatoris officium in se resumendum & generaliter ad omnia alia & singula faciendum & exercendum que circa premissa
necessaria fuerint vel oportuna promittentes bona fide nostra & quod super hoc nos ratum & gratum & firmum habere
& perpetuo habituros quicquid per dictos procuratores nostros & eorum quemlibet ac substitutum vel substitutos ab ipsis vel
eorum altero actum fuerit in premissis & quolibet premissorum ipsos quos & eorumquemlibet relevare ab omni onere satisdandi
sub omnium nostrorum & dicte ecclesie nostre bonorum ypotheca & obligacione &c.

Constitucio procuratoris inducendum & substituendum pro alio

Innotuit omnibus &c per presentes quod constitutus P. in Romana curia procurator fecit constituit & ordinavit suo ipso nomine & procuratoris R. & B. quorum
procurator existit substitutos cum suis viro & forma quibus melius potest suos veros & legitimos procuratores & nuncios speciales
B. & S. absentes tamquam presentes & eorum quemlibet in solidum ad impetrandum & contradicendum in audiencia publica
litterarum domini nostri pape quascumque litteras tam simplices quam legendas graciam vel iusticiam continentes necnon
eligendum & vel nomine ipsius & pro ipso quascumque pecuniarum summas accipere & tam salarium sui procuratoris
officii vel alias sibi debitas & quascumque pro tempore debebuntur & ad faciendum quitacionem de recepto & pactum de
ulterius non petendo & ad agendum si necesse fuerit pro premissis libellum vel libellos dandum contra reprobandum duplicandum
replicandum litem seu lites contestandum iurandum in animam ipsius constituentis & pro ipso de calumnia de malicia & de veritate
dicendum prestandum cuiuslibet alterius quod iuramentum requirunt & postulat ordo iuris ponendum & articulos ponendum &
alios articulos dandum testes litteras & instrumenta in modum probacionis producendum & producta ex adverso & iurari
videndum inducendum & dicta testium & eorum deposiciones ex adverso productorum videndum publicandum & publicata videndum
testes et attestaciones testium improbandum contradicendum & renunciandum & concludi videndum & petendum sentencias interlocutorias &
diffinitivas ferendas audiendum & ab eis & quolibet alio gravamine appellandum & prosequendum apostolos petendum
& recipiendum beneficium absolucionis simpliciter & ad cautelam & relaxacionem quibuscumque sentenciis & restitucionem in integrum
petendum & obtinendum & generaliter ad omnia alia & singula faciendum que fuerint necessaria in premissis nomine dic-
torum dominorum suorum quorumcumque quorum procurator existit vel presentem eos loco sui substituit ad omnia & singula

fac' que actas dnus sui ut quilibet habebat et habet mandat' pnt instrumentis publ' super procuratoribus et mandat' hinc confect' plenius continet'. Cassans in eos et eorum quolibet cetera litteras suas dom' eas ad se duxit reuocand' Premittens tamen suo quam dictorum dnorum suorum in omnibus se ratum gratum et firmum perpetuo habiturum quicquid per dictos procuratores suos et substitutos ut prefertur et eorum quemlibet actum fuit in premissis uel quolibet premissorum et pro eis et eorum quolibet si necesse fuit judicatum solui et judicio sisti cum omnibus suis clausulis oportunis sub ypotheca et obligacione omnium bonorum etc.

Procurator ad petend' et recipiend' omnia debita.

In nomine etc. Constitutus personaliter P. de .. fecit constituit et ordinauit suos ueros et legitimos procuratores etc. ad petendum exigendum et recipiendum suo nomine et pro ipso quascumque pecuniarum summas et quecumque debita in quibuscumque rebus consistant sibi acquisita quocumque uel quibuscumque personis ecclesiasticis uel secularibus premissa quecumque seu debita siue ex causa mutui ex quacumque alia racione uel causa fuerint uel fuerint et specialiter ad petendum exigendum et recipiendum C. florenorum in quibus dnus G. eidem constituenti tenetur ex causa mutui sibi facti in pecunia numerata dandi et concedendi eis dem constituentis eisdem procuratoribus suis et eorum cuilibet insolidum plenam et liberam potestatem premissa faciendum et pro premissis si necesse fuerit agendum etc.

Procurator ad permutand' quodcumque beneficium cum cura

In nomine etc. Constitutus personaliter discretus uir P. de .. rector prochialis ecclesie de .. fecit constituit et ordinauit procuratorem suum generalem et nuncium specialem P. de .. ad resignandum pure et libere in manibus reuerendi in Christo patris dni R. Episcopi .. uel fulbac' (?) Non de .. uel alterius cuiuscumque ab ipso dno habente sufficientem potestatem dictam suam prochialem ecclesiam cum suis juribus et pertinenciis uniuersis causa permutacionis faciende de eadem ecclesia ad quodcumque beneficium ecclesiasticum curatum uel non curatum resignacione huiusmodi facta ad petendum et requirendum prius et collacionem sibi fieri de ipso beneficio cum ecclesia permutandum uel beneficio permutando ex causa permutacionis predicte fuerit resignacione et ad petendum et et requirendum inducendum nanciscendum et uere possessionem corporalem et realem permutandi beneficii sic causa permutacionis habiti cum suis juribus et pertinenciis uniuersis ad prestandum quodcumque juramentum in animo personam in premissis fuerit necessarium et proueniendi beneficii recipiendum et ad finiendum dandum uel annuam pensionem et de recepcione quitandum et faciendum pactum de bleuis (?) non petendum permutacionemque beneficiorum predictorum uel alium per alios regendum et gubernandum prout sibi melius uisum fuerit expedire et pro premissis si necesse fuerit ad agendum defendendum etc. ut in procuratore generali.

Appellacio ab interlocutoria

Proponit procurator procuratorio nomine uenerabilis uiri dni D. de .. canonici prebendati ecclesie Cracoviensis et dicit quod licet ad appellacionem pro parte dni dicti D. interposita uenerabili uiro dno Jo .. officiali Cracoviensi a non nullis grauaminibus illatis eidem per prefatum dnum Jo in causa que uertebatur coram eo inter dictum dnum D. ex una parte et ... Emilonis de et super causa et prebenda ecclesie Cracoviensis dicte et corporis eccl. ... debuisset et debebat pronunciasse propterea dnum D. bene et legitime fuisse et esse appellatum et perperam dnum Jo iudicem bene ... fuisse et esse processum. Vos tamen dne auditor non deliberate procedentes in dicta causa et in prima instancia partis aduerse de facto ... pronunciastis pro parte dicti dni D. male et perperam fuisse et esse appellatum et bene et esse processum per prefatum dnum Jo iudicem ... quod minime de iure facere debuistis aut potuistis ... Item dicit dictus procurator dicto nomine quod licet ... fuisse et esse commissa causa ... et super non nullis attemptatis seu innouatis lite pendente perperam etc. ... litis pendencie et dicti dni D. et datus fuisset et oblatus in ipsa causa coram uobis libellus ualidus et efficax ... et admissibilis et debuissetis ... exceptionis et aliis iuris remediis parte aduersa compulisse et compelle ad respondendum dicto libello et litem contestandum super eo et fuisset de mandato uestro quando citatores et ... aduerse dicto libello ad respondendum uos tamen dne auditor ad importunam instanciam partis aduerse procedendo in dicta causa compellere parte aduersa ad respondendum dicto libello minus debite denegastis et denegatis seu recusastis et recusatis aut plus debite retardastis et retardatis quod minime de iure facere debuistis aut potuistis ... et est prout ex actis predicte cause euidenter apparet atque se refert dictus procurator dicto nomine et hinc ... facit ... pretensa appellacione ex premissis ... sentencias etc.

Processus in for[ma] pauperum

Reverendo in Christo patri ac domino domino f. Episcopo Crac[oviensi] ac omnibus aliis et singulis quorum interest et quos infrascriptum
tangit negocium vel tangere poterit quomodolibet in futurum P. decanus ecclesie sancti Agricole Avinionensis una
cum Reverendissimis in Christo patribus H. et B. divina miseracione dominis et cetera tituli sancti Eustachii dyacono Cardinali
Canonicus dicte ecclesie Crac. et cetera cum illa clausula quod si non omnes hiis exequendis poteritis interesse duo vestrum
ea nichilominus exequantur ac commissarius prefati domini Cardinalis ad infrascripta specialiter deputatus et mandatum nostris
imo verius apostolicis firmiter obediendum. Litteras Reverendissimi in Christo patris et domini nostri domini Cardinalis Gregorii divina providencia pape
XI necnon commissionis dicti domini Cardinalis predictum virum ac clericum diocesis ut ceteri notarii et testibus infrascriptis
presentibus, nos cum ea qua decuit reverencia noveritis recepisse quarum tenor sequitur in hec verba Gregorius et cetera
Et tenor dicte commissionis talis est. Petrus et cetera Card[inalis] decanus ecclesie executor una cum venerabilibus et discretis viris dominis
B. et H. canonicus cum illa clausula quod si non omnes hiis exequendis poteritis interesse duo vestrum ea nichilominus exequantur
ad providendum clerico pauperi clerico de .. diocesis et cetera de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura ad collacionem provi-
sionem seu quamvis aliam disposicionem domini episcopi .. spectante vacante in civitate vel diocesi nunc vel proxime vacaturo
iuxta formam et tenorem quarundam litterarum apostolicarum III. Kl. Julii in L. pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini domini N. domini G.
pape digna dei providencia pape XI anno primo super hoc confectarum quas propter hoc inspeximus diligenter predicto G. canonico
Ecclesie .. et nos sancti monasterii Abbatibus ac custodi ac singulis canonicis ecclesie Crac. salutem in domino quia
ad execucionem contentorum prefatarum litterarum apostolicarum quo ad presens vacare non possumus pluribus aliis arduis
aliis negociis prepediti vobis domino V. et aliis supra scriptis et vestrum cuilibet in solidum super omnibus et singulis
in dictis litteris contentis tenorem presencium committimus vices nostras. In quorum omnium et cetera quibus litteris per nos receptis
dictus clericus nobis humiliter supplicavit ut ad execucionem contentorum in eisdem procedere curaremus. Verum quia per deposiciones non
nullorum testium propter hoc coram nobis predictum clericum productorum et super hoc per nos diligenter examinatorum invenimus
predictum clericum vite laudabilis et honeste conversacionis fuisse et esse et aliunde beneficium ecclesiasticum obtinere nec sibi
aliquid canonicum obstare quominus provisione predicta gaudere valeat vel debeat quominus vel differri eundem clericum promociendum
fore habilem et ydoneum ad beneficium ecclesiasticum obtinendum iuxta formam et tenorem earundem litterarum apostolicarum ideo
beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura ad collacionem vel provisionem venerabilis domini Episcopi .. pertinens quod prefatus
clericus vel procurator suus ad hoc lecte constitutus duxerit acceptandum infra unius mensis spacium postquam sibi
vel dicto procuratori suo ipsius beneficii vacacio innotuerit eidem clerico post acceptacionem predictam conferendum
donacioni nostre ad cautelam super et infra scriptorum dicti domini Cardinalis et nostri collegarum et commissariorum eiusdem
et specialiter reservamus. Vobis domino Episcopo ac omnibus et singulis supradictis quibus presentes diriguntur et quibuscumque
aliis auctoritate predicta quorum interest in hac parte inhibentes expresse ne huiusmodi beneficium per nos ut premittitur reser-
vatum eidem clerico conferendum alicui conferre vel assignare vel ad ipsum quemquam alium admittere seu huiusmodi
beneficium recipere aut de eo quomodolibet disponere donec nobis plene constiterit ipsum clericum vel procuratorem suum ipsum
beneficium nolle acceptare aut donec unius mensis spacium post vacacionem huiusmodi sic elapsum quod
presumatis. Vos quoque nichilominus dominum Episcopum et omnes alios et singulos supradictos auctoritate apostolica qua fungimur
in hac parte primo secundo tercio ac peremptorie tenore presencium requirimus et monemus communiter et divisim ac vobis
omnibus et singulis in virtute sancte obediencie et sub penis infrascriptis districte precipiendo mandamus quatenus prefatum
clericum vel procuratorem suum infra sex dies postquam ipsum clericum vel procuratorem suum pro eo huiusmodi beneficium accep-
tasse sibique collatum fuisse noveritis quorum dierum sex duos pro primo duos pro secundo et reliquos vobis
vobis omnibus et singulis pro tercio et ultimo ac peremptorio termino et monicione canonica assignamus ad ipsum beneficii
et possessionem eiusdem sine difficultate qualibet admittatis. Et si in ecclesia collegiata prebenda
fuerit recipiatis ipsum et recipi faciatis in dicte ecclesie in canonicum et in fratrem stallum sibi in choro et locum
in capitulo ipsius ecclesie cum plenitudine iuris canonici assignetis sibique vel dicto procuratori suo de eiusdem beneficio
fructibus proventibus redditibus iuribus et obvencionibus universis respondeatis integre et faciatis ab aliis
responderi. Premittentes ipsum vel procuratorem suum pro eo pacificam ipsius beneficii possessionem gaudere
amoto ab eo quolibet alio detentore quem nos tenore presencium amovemus et decernimus amotum
irritumque decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter

attemptum forsan et attemus vel contigerit in posterum attemptari. Quod si forte premissa omnia et singula non adimple-
veritis aut aliquid in eorum feceritis seu si inhibicionibus monicionibus et mandatis nostris immo verius apostolicis
non parueritis cum effectu, vobis domino episcopo cum observancia vestre pontificalis dignitatis deferre volumus in hac
parte predicta sex dierum canonica monicione premissa ingressum ecclesie interdicimus in hiis scriptis. Et si vos interdictum
predictum per alios sex dies prefatos sex immediate sequentes sustinueritis, vos predicta canonica monicione premissa
suspendimus a divinis. Verum si prefatas interdicti et suspensionis sentencias per alios sex dies prefatos vestros
immediate sequentes, quod absit, sustinueritis indurato animo, in vos dominum episcopum et quoslibet alios
qui in premissis vel aliquo premissorum contradictores fuerint vel fuerint quomodolibet vel rebelles, nisi infra eosdem
sex dies quos vobis et vestrum cuilibet pro monicione canonica assignamus a contradictione et rebellione huiusmodi non
destiteritis, omnino ex nunc prout ex tunc predicta canonica monicione premissa excommunicacionis sentencias ferimus in hiis
scriptis. Ac venerabilibus in Christo patribus dominis sancte Uche et L. monasteriorum abbatibus nec non decano et capitulis ecclesie quibus
deus cardinalis commisit vel committet vices suas et eorum cuilibet in solidum super ulteriori execucione
mandati apostolici atque nostri huiusmodi committimus vices nostras donec eas ad nos duxerimus revocandas.
In quorum etc. Datum.

Super eodem ad collacionem Abbatis et conventus.

N. etc. executor unicus ad infrascripta a sede apostolica deputatus venerabilibus et religiosis viris Abbati et Conventui
sancti B. diocesis ... et omnibus aliis et singulis quorum interest et intererit et quos infrascriptum tangit
negocium vel tangere poterit quomodolibet in futurum salutem in domino et mandatis nostris immo verius apostolicis firmiter
obedire. Noveritis nos litteras sanctissimi in Christo patris domini nostri domini Greg. etc. eius vera bulla plumbea
cum cordula canapis more Romane curie bullatas sanas et integras omni prorsus vicio et suspicione
carentes nobis per dictum pauperem clericum nostre diocesis presentatas coram notario et testibus infrascriptis
cum ea qua decuit reverencia recepisse quarum tenor sequitur in hec verba. Greg. Post quarum
quidem litterarum apostolicarum presentacionem et recepcionem fuimus dictus pauper clericus nobis humiliter supplicavit ut ad exe-
cucionem ipsarum litterarum procedere curaremus iuxta traditam nobis formam. Nos igitur N. executor prefa-
tus volentes mandatum apostolicum nobis in hac parte directum reverenter exequi ut tenemur iuxta ipsarum litterarum
formam diligenter inspecta auctoritate apostolica qua fungimur in hac parte de vita et conversacione ipsius clerici et
aliis in hac inquirendis inquisivimus diligenter. Et quia ex fide dignorum testimonio per dictum clericum super hoc coram
nobis producto nobis constitit ac constat ipsum clericum fuisse et esse vite laudabilis et honeste conversacionis
ipsumque aliquod beneficium ecclesiasticum non obtinere nec quod aliud sibi canonicum obstare propter quod huiusmodi gracie execucio
impediri valeat quomodolibet vel differri, pronunciamus et decernimus ac pronunciavimus et decrevimus in hiis
scriptis ipsum fore habilem et ydoneum ad beneficium ecclesiasticum obtinendum usque ad taxam et valorem in dictis
litteris apostolicis contentum et alias iuxta formam et tenorem litterarum apostolicarum predictarum. Ideo ad ecclesiasticum obtinendum beneficium
cum cura vel sine cura consuetum clericis secularibus assignari ad collacionem vestram domine Abbas et conventus
spectans communiter vel divisim cuiuscumque quidem beneficii fructus redditus et proventus si cum cura xx si vero
sine cura xv librarum valorem annuum non excedat sicut vacat vel cum vacabit quod idem clericus per se vel procura-
torem suum ad hoc legittime constitutum infra mensis spacium post quam sibi vel dicto procuratori suo de ipsius beneficii
vacacione constiterit duxerit acceptandum, conferendum eidem clerico post acceptacionem huiusmodi cum suis iuribus et pertinenciis
universis collacioni nostre immo verius apostolice et cuilibet infrascriptorum commissionum nostrarum expresse et speciali re-
servamus. Inhibentes vobis domino Abbati et conventui ac omnibus aliis et singulis supradictis ne post noti-
ficacionem et intimacionem presencium vobis factam huiusmodi beneficium per nos ut premittitur reservatum alicui
alteri conferatis seu provideatis de illo nec collacionem seu provisionem de ipso aliquatenus aliquatenus recipiatis
nec ad illud quemquam alium admittatis nisi prefato clerico quominus beneficium per nos ut premittitur
reservatum alicui alteri conferatis seu provideatis de illo nec collacionem seu provisionem de ipso aliquatenus recipiatis

non ad illud quemquam alium admittatis non prefato clerico quominus beneficium huiusmodi assequi valeat et pacifice
possidere impedimentum prestetis aut de ipso aliqualiter disponatis donec plene vobis constet quod id clerico vel pro-
curatori suo beneficium ipsum noluerit acceptare aut donec brevius mensis spacium per quod sibi vel eidem procuratori
suo vacacio huiusmodi innotuit sit elapsum / vosque dominum abbatem et conventum et omnes alios et singulos
supradictos quibus in presentibus processus dirigitur auctoritate apostolica supradicta qua fungimur in hac parte primo et
secundo et peremptorie requirimus et monemus in hiis scriptis in virtute sancte obediencie et sub penis infrascriptis
districte precipiendo mandamus / quatenus postquam eidem clerico de beneficio huiusmodi provisio acceptacio ipsius collacio et provi-
sio facte fuerint auctoritate huiusmodi litterarum / eundem clericum vel ipsius procuratorem ad huiusmodi beneficium et pacificam possessionem
eiusdem infra vi dies immediate sequentes / quorum vi dierum / duos pro primo duos pro secundo et reliquos duos
pro tercio / et ultimo ac peremptorie termino et monicione canonica assignamus / prout moris est sine difficultate
qualibet admittatis et recipiatis / ac sibi vel dicto procuratori suo pro eo de ipsius beneficii fructibus red-
ditibus proventibus iuribus et obvencionibus universis integre prout ad vos et singulos vestrum pertinet
communiter vel divisim respondeatis et faciatis ab aliis responderi ac permittatis eundem clericum vel procuratorem
suum pacifica ipsius beneficii possessione gaudere. Et si in ecclesia collegiata prebendarum fuit recipiatis
ipsum in eandem ecclesiam in canonicum et confratrem / stallum que sibi in choro et locum in capitulo eiusdem ecclesie ut
moris est assignetis Alioquin inhibicionibus monicionibus et mandatis nostris huiusmodi immo verius apostolicis
pareatis quod de promptitudine obediencie valeatis merito commendari. Quod si forte premissa omnia et singula
non adimpleveritis aut aliquid in contrarium feceritis vel monicionibus et mandatis nostris huiusmodi non parueritis
cum effectu in vos dominum abbatem et singulos monachos et predictum magistrum et alios quoscumque contra-
dictores rebelles / ac ipsum clericum impedientes in aliquo super premissis aut impedientibus ipsum dantes
consilium auxilium vel favorem publice vel occulte quominus ipse clericus beneficium huiusmodi iuxta prefatarum
litterarum apostolicarum et presentis nostri processus continenciam et tenorem libere assequatur et pacifice valeat pos-
sidere ac ipsius beneficii fructus redditus et proventus cum integritate percipere possit cuiuscumque status
gradus aut condicionis ordinis existat / excommunicacionis prout extunc predicta canonica monicione premissa in hiis
scriptis singulariter in singulos excommunicacionis in vos vero conventum dicti magistri suspensionis et in ipsam
ecclesiam interdicti sentencias ferimus et promulgamus. Ceterum cum ad execucionem huiusmodi mandati apostolici ulterius
faciendum non possimus quod ad presens personaliter nos transferre pluribus et arduis negociis in Romana curia occupa-
ti venerabilibus et discretis viris .. et eorum cuilibet in solidum sub ulteriori execucione mandati apostolici atque in
huiusmodi faciendam committimus vices nostras donec eas ad nos duxerimus revocandas quos requirimus et mo-
nemus primo secundo et tercio ac peremptorie mandati apostolici communiter et divisim eorumque et eorum cuilibet in virtute sancte
obediencie et sub penis infrascriptis districte precipiendo mandamus quatenus ipsi vel ipsorum alter qui pro parte predicti clerici
vel ipsius procuratoris fuerint requisiti vel fuerit requisitus ad vos dominum abbatem et conventum et
magistrum predictos et alios et alibi ubi et ad quos expediens fuerit personaliter accedant vel accedat
et prefatas litteras apostolicas et hunc nostrum processum et omnia et singula in eis contenta vobis et vestrum
cuilibet et omnibus aliis et singulis quorum interest vel intererit communiter vel divisim legant
intiment et procurator procuret et eidem clerico beneficium huiusmodi post acceptacionem ipsius conferat et assignet

dictum clericum vel procuratorem suum pro eo in huiusmodi beneficium fructuum et pertinentiarum ipsius possessionem corporalem
et realem inducatis et tueantur inductum et si in ecclesia collegiata prebenda fuerit, eundem clericum in ipsa ecclesia
recipi faciatis in canonicum et in fratrem, sibique vel dicto procuratori suo pro eo de ipsius beneficii fructibus red-
ditibus proventibus iuribus et obvencionibus universis faciatis integre responderi. Et nichilominus omnia et
singula premissa nobis in hac parte commissa prout et quando expediens fuerit plenarie exequatur. Ita
quod in preiudicium dicti clerici nichil valeat attemptari, non obstantibus suspensionis sententias per nos latas ab-
solvendo vel suspendendo ad innovandum. Et si contingat vos in aliquo super premissis procedere de quo
nobis plenariam potestatem expresse reservamus, non intendimus per hoc commissionem nostram priorem in aliquo
revocare nisi de revocatione huiusmodi plena et expressa mentio in nostris litteris habeatur. Prefatas quoque
litteras et hunc nostrum processum penes dictum clericum vel procuratorem suum vel vos faciatis vel eciam volumus
remanere et non per vos aut quemquam alium contra dicti clerici vel procuratoris sui voluntatem quomodolibet detineri.
Mandamus tamen eidem clerico vel procuratori suo ut vobis faciant vel eciam dant copiam de eisdem si eam petere
vos et habere volueritis vestris tamen sumptibus et expensis. Contrarium vero omnium et singulorum premissorum
facientes prefatas sententias per nos latas canonica monicione premissa volumus subiacere. Absolucionem
omnium et singulorum qui prefatas sententias per nos latas vel earum aliquam incurrerint quomodolibet nobis vel
superiori nostro tantummodo reservata. In cuius etc.

Processus decani super expectantes prebendas

Reverendo in Christo patri et domino .. episcopo ac venerabilibus et discretis viris decano et capitulo singulisque canonicis et personis
ecclesie .. ac omnibus aliis et singulis in eadem ecclesia dignitates personatus officia seu beneficia quecumque
obtinentibus ac illi vel illis quem vel quos infrascriptum tangit negocium vel tangere poterit quomodolibet
in futurum quocumque nomine censeantur .. decanus .. executor ad infrascripta una cum infrascriptis collegis
nostris cum illa clausula quatenus vos vel duo aut unus vestrum etc. a sede apostolica specialiter deputatus salutem in domino
Et mandatis etc. Litteras sanctissimi domini nostri vera bulla plumbea una cum grossa in filis sericeis
talia executoria recondunt curie romane more bullatas sanas et integras omni
prorsus vicio et suspicione carentes nobis pro parte venerabilis viri domini B. canonici ecclesie coram notario et testibus
infrascriptis presentatas cum ea qua decuit reverentia recepimus noveritis. Quarum verum sic tenor sequitur
in hec verba etc. Post quarum apostolicarum litterarum presentacionem et receptionem
nobis pro dictum B. fuit humiliter supplicatum ut ad executionem earundem et mandati apostolici supradicti contenti in eisdem
procedere curaremus. Nos igitur .. decanus ecclesie .. executor prefatus volentes mandatum apostolicum huiusmodi reverenter
Nota exequi ut tenemur vos dominum episcopum decanum et capitulum et singulos canonicos et personas quoscumque dicte ecclesie
ac omnes alios et singulos auctoritate apostolica supradicta qua fungimur in hac parte primo et secundo et peremptorie requirimus
et monemus communiter et divisim vos et vestrum cuilibet in virtute sancte obediencie et sub penis infrascriptis
districte precipiendo mandamus quatenus infra sex dies post notificacionem vobis factam immediate sequentes quorum
sex dierum tres pro primo tres pro secundo et reliquos tres vobis universis et singulis pro tercio et ultimo et peremptorio
termino et monicione canonica assignamus prefatum B. vel procuratorem suum pro eo in dicta ecclesia
in canonicum et in fratrem sibique vel dicto procuratori suo stallum in choro et locum in capitulo ipsius ecclesie assignantes.
Nos vero prebendam si qua in dicta ecclesia tempore date dictarum litterarum apostolicarum vacabat vel vacavit postea
seu nunc vacat aut cum vacabit in futurum quam dictus B. vel procurator suus pro eo et eius
nomine infra unius mensis spacium post vacacionem ipsius duxerit acceptandam conferendam eidem B.
post acceptacionem huiusmodi cum omnibus suis iuribus et pertinenciis universis collacione vestre primo vel eius apostolica

8 & collegarum et commissariorum nostrorum super & infrascriptorum expresse & specialiter reservamus vobis omnibus & singulis dis-
tricius inhibentes ne de huiusmodi prebenda per dictum nuncium ipsum & nos vel principalis reservata etiam in tantum acceptacionem
huiusmodi non per quam vos constituit quod dictus G. vel procurator suus illam ut dicitur noluit acceptare disponere quomodolibet presumatis
ac decernentes prout est irritum & inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptari
forsan est actenus vel contigerit imposterum attemptari. Et si forte tempore date dictarum apostolicarum litterarum vacabat idem canonicatus
